

Ann. IV.

Num. XVIII.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*  
*ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA  
Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM  
Krakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA  
Apud BURNS AND OATES

LONDON W.  
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET  
S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK  
52, Barclay Street.

CINCINNATI  
436, Main Street.

IN GERMANIA  
Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.  
Typogr.

RATISBONAE IN BAVARIA

IN CANADA  
Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

AGRARIAE AUSTRALIANAE LEGES . . . . .	P. Rossani.
DE FABULA MILESIA, QUAE INSCRIBITUR « QUO VADIS? » CUM MANZONII « SPONSIS » COMPARATA . . . . .	A. Cima.
DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM . . . . .	M. Armellini.
DE AUGUSTEIS NAVIBUS IN LACU NEMORENSI DEMERSIS . . . . .	H. D. V. Pieralice.
NIC. MACHIAVELLI SENTENTIAE DE PUBLICIS VECTIGALIBUS. Latine reddidit	C. Dehò.
DURERI TABULA IESUM INFANTEM REFERENS CUM DOCTORIBUS DISPUTATEM.	Laelius.
NAPOLEONIS GENES . . . . .	I. Antonelli.
EPHEBI CANENTES QUOS LUCAS DELLA ROBBIA EXPRESSIT . . . . .	X.
MARIS PROFUNDUM . . . . .	M. Lani.
ALOISII CLASII « LUSUS PASTORALES » . . . . .	I. Battanius.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES . . . . .	I. F.
DE PRIMO CHARTAE FABRO . . . . .	A. Costaggini.
ANNALES . . . . .	Propoplicola.
AENIGMATA . . . . .	P. Garrone.

*In tertia operculi pagina:*

PER ORBEM . . . . .	Forfex.
VARIA: Feles tabellarii. - Lavantur et albescunt Aethiopes. - Ioci.	P. d. V.
EPISTOLARUM COMMERCIOUM . . . . .	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMI

## COMMENTARII "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

### X num. ann. IV.

E Sinis novissima dubia - P. ROSSANI.  
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.  
Iaponiorum fabulae commenticiae - A. COSTAGGINI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
In saeculum xx a reparata per Christum hominem salte - FR. X. REUSS.  
De planeta Marte - ALPHA.  
De Sibyllis a Raphaele Sanctio pictis - LAELIUS.  
Nuperae effossiones in Graeca et Myceenaea aetas - G. P.  
Ludi veteres et recentiores - De «digitorum micatione» - SENIOR.  
Napoleonis ingluvies - I. ANTONELLI.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
Horae subsecivae - In Iosephi Verdi obitu - A. PIZZUTO - Graphis ex vero adumbrata - I. FEDELE.  
De tabaco nonnulla - P. ALEXIS.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - P. A. - H. P.  
Aenigmata - F. PALATA.

#### *In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Insanienti restituta mens per singularem interpretationem* - Ioci - P. d. V.  
Epistolaram commercium - A. SECRETIS.

### XI num. ann. IV.

De arbitris lege adeundis - P. ROSSANI.  
De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.  
Musica et excellentes ingenio viri - SENIOR.  
De Hieronymo Venantio deque eius libro qui «Callophilia», seu «de puleri amore» inscribitur - MARCUS BELLII.  
Divini Spiritus representaatio apud Urbevetanam civitatem - ALOSIUS FUMI.  
De urbano templo S. Caeciliae deque recentibus in ipso effossionibus - ROMANUS.  
Quorundam animalium viae, pugnae, instinetus - M. LANI.  
Communia vitae - Peregrinatio per cubiculum - H. D. V. PIERALICE.  
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
In Iosephum Verdium - A. CERASOLI.  
Latinae adnotatiunculae: Factio, Seditio, Rebello, Tumultus - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. M.  
Aenigmata - I. BATTANII.

#### *In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Funera canis - Nova in latrones ex apibus arma - Photographia ex electricide - Bibliotheca Babilonensis - Utilitas ex fumo* - Ioci - P. d. V.

### XII num. ann. IV.

Victis atque victoribus quae sit in coloniis fortuna - P. ROSSANI.  
De humaniorum litterarum progressu post recentissima physicorum incrementa - Ex scriptis MAURI RICCI.  
De disciplinis pueris traditis apud Romanos - G. P.

Par viatorum - De vita humana meditatio - FR. X. REUSS.  
Ex Americis - De urbe Pittsburgensi - H. DOSWALD.  
Sapientum inventa - Sol in servitatem redactus - Vita in metallis. - M. LANI.  
De Clasio poeta - c. u.  
Adamantium fulgidissimae gemmae - A. COSTAGGINI.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - X.  
Aenigmata - F. PALATA.

#### *In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Interdum quanti sit induere vestes alienas* - Ioci - P. d. V.

### XIII num. ann. IV.

De Russorum imperio - D. LASCARIS.  
Civile liberalium artium officium - I. ANTONELLI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
De urbe Propertii natali - FORFEX.  
Custos Massiliensem Maria (*Notre-Dame de la Garde*) - FR. X. REUSS.  
Ex Caledonia - De studiorum Universitate Glasguensi - SCOTUS.  
Beati Angelici Faesulani tabula Petrum apostolum referens Christianos admonentem - LAELIUS.  
Populare Helvetiorum theatrum - A. COSTAGGINI.  
De nuperis effossionibus cretensis - G. P.  
Aloisii Clasii «*Lusus pastorales*» - Latine vertit I. BATTANII.  
De americanarum rerum ostentu ad urbem Uropolim - I. De urbe Uropolitana Buffalo - H. DOSWALD.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Aenigmata - F. PALATA.

#### *In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Rhinoceros albus* - Ioci - P. d. V.

### XIV num. ann. IV.

Ad «*Praeconem Latinum*» - N. CAPO.  
De subtiliore latinae orationis cognitione - A. CIMA.  
Pax! - A. M. CERASOLI.  
Latinae adnotatiunculae: Maurus Riccius Ioanni Taddeo - Ex scriptis M. RICCI.  
Oratio ad discipulos gymnasii habita studiis absolutis - I. WABNER.  
Ab Helvetia ad Nordicum caput - LAELIUS.  
Collectiones et collectores - H. D. V. PIERALICE.  
De polari vertice attingendo - A. COSTAGGINI.  
Aloisii Clasii «*Lusus pastorales*» - Latine vertit I. BATTANII.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - F. PALATA.

#### *In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *De nicatis scitamentis* - Ioci - P. d. V.

### XV num. ann. IV.

Australianae civitates iure dominii communicato constitutae - P. ROSSANI.  
De pronuntiatione et studio linguae latinae - H. P.  
De legalitate coemeteriorum christianorum - Ex ineditis M. ARMELLINI.  
Uvae cornuatae origo - H. D. V. PIERALICE.  
Theatrum olympicum vicentinum - LAELIUS.  
De liberalium artium fato in futura publica re - I. ANTONELLI.  
Alexander Botticellius - A. COSTAGGINI.  
Communia vitae - De salutatione - P. ALEXIS.  
Aloisii Clasii «*Lusus pastorales*» - Latine vertit I. BATTANII.  
De «phototherapia» - FORFEX.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

#### *In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: Ioci - P. d. V.

### XVI num. ann. IV.

Leoni XIII Pontifici Maximo - R. REYES.  
Consociationum vires quomodo exerenda - I. TONILO.  
De Cassio Severo I. MARRA.  
Athenaea et auditores in America - SENIOR.  
Fr. Angelici Faesulani tabula Deiparam in caelum evectam referens - X.  
Recensariae navigationis progressus - M. LANI.  
Vita functi viri clariores - I. F.  
Theatrum Marcelli - ROMANUS.  
De legalitate coemeteriorum christianorum - Ex ineditis M. ARMELLINI.  
Aloisii Clasii «*Lusus Pastorales*» - Latine vertit I. BATTANII.  
Ex Istria - L. P. MICROVIR.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - P. ANGELINI.  
Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

#### *In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.  
Per orbem - RUFUS.  
Varia: *Quenam innocentibus culpa, consensu gentium confirmata?* - Ioci - P. d. V.

### XVII num. ann. IV.

De diebus festis apud Germanos - P. ALT.  
De Probae Falconiae Vergiliano centone - M. BELLI.  
Lapursum - F. X. REUSS.  
Graeca in Aegypto papyra reperta - N. CAPO.  
De Augusteis navibus in lacu nemorensi demersis - H. D. V. PIERALICE.  
De «Cymatologia» - FORFEX.  
Aloisii Clasii «*Lusus Pastorales*» - Latine vertit I. BATTANII.  
De Cassio Severo - I. MARRA.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - DIGAMMA.

#### *In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Telemetrum acusticum - «Helladotherium» recens inventum* - Ioci - P. d. V.  
Libri recens dono accepti.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

## BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONOKI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## AGRARIAE AUSTRALIANAE LEGES

**D**ISERENTIBUS nobis alias de Australianis negotiis, iis praesertim quae ad civium communitatem regendam pertinent, gratissimum fuit librum perlegere a Gallo doctore Alberto Metin conscripto *De agraria re in Australia atque in Nova Zelandia*. Libri totius summa duas in partes dividitur. Spectat prima, de qua modo dicendum, ius venditionis agri publici atque ius dominii in fundos. — Antiquitus enim colono cuidam arbitrium erat publicos agros, quam latissime vellet, occupandi. Superveniente vero aetate, necessarium prae omnibus apparuit, ut exigua nimis coloniarum plebs multiplicaretur. Orta inde lex, qua certi statuerent fines, ne uni tantum domino nimius ager linqueretur. Sed in interiore regione vastissima terrarum spatia sunt pastoribus assignata. Praedia haec omnia « stationes » vocantur, per quae saepe octoginta, vel centum pecudum millia pascuntur. Imminutis autem paullatim terris, quae maxime feraces viderentur, harum quoque regionum incolae soliditudines arctioribus limitibus definitae sunt.

Pari consilio ea inter in ipsum ius dominii, quocumque late nimis pateret, lex animadvertisit. Quamvis enim George doctoris americana documenta exiguum satis favorem apud Australianos obtinuerint, rerum publicarum moderatores contendunt tamen, ut media, ut parva praedia, quantum liceat, multiplicantur, domini que in agro vivere, eumque excolere cogantur. Quem immo ad finem meridionalis Australiae magistratus tributum, multae nomine, domino imposuerunt, qui extra coloniae fines commorarunt.



Sed audacius etiam Nova in Zelandia ius. Vectigal enim in fundos ea est decretum lege, ut certa proportione ditissimos praesertim dominos afficiat. Qui quidem, si gravari nimium sese reputaverint, sua praedia reipublicae cedere rursus possunt eo pretio, quo iam aerarii gestores singula aestimaverint. Lex immo est anno MDCCXCIV vulgata, atque rursus tribus post annis innovata aliquantulum, qua licet reipublicae magistratibus maximam impendere pecuniam, ut latiora praedia emant, eaque

iustis limitibus in partes divisa singulis novis dominis iterum vendant; quin etiam in fundis illis, qui dividendi potius magistratibus videantur, onus venditionis lege impositum. Quae omnia non vana verba fuere, cum iam, magno impedio, contra septuaginta septem dominos exequutioni demandata sint. Huius latissimi agri superiore anno MDCCC maximam partem respublica iam possidebat, eaque parva in praedia distributa mille et quingentis dominis iam tradita erat; unde planum fit exiguioribus praecepue possessoribus legem favere. Ut autem solum pretio retinere ii quoque valeant, quibus parva pecunia est, emphyteusis quaedam constituta, quam cum quis convenerit, ius dominii in agros reipublicae manet: terrarum autem conductionem ad mille usque annos, uno dempto, paciscuntur. Conductor ad quaedam sua in terra colenda atque curanda obstringitur, neque canon ei solvendus umquam deinceps; quousque stabit foedus, angebitur. Verum hanc quoque pactionem terrarum limites coercent, ne minis latos umquam agros quis possideat.



Satagunt quoque Australianae civitates ut a pastoritia arte ad agrorum cultum quam frequentissime coloni discendant, atque in eum finem certas pecunias auxiliu titulo dominis adscripserunt. Ordo inde civium agricolarum exortus, qui sociata opera in cultum agrorum uberrimos sui laboris retulere fructus; iamque efferunt magna copia lac, casea, vina, fructus, gramina, fruges.

Ne vero ob dominos hos incoepitus pertentantes numerus opificum deficiat, multae in Australia civitates, praesertim Nova Zelandia, omne contulere studium, ut alienigenas miseros plerumque tenuique fortuna sua ad litora allicerent. At cum huiusmodi advenae nova ad litora appulsi coram tam liberis vastisque plerumque praediis operam suam pretio conducere passim renuerent, respublica ipsis elargita est parva praedia perpetuo conducenda maximis cum utilitatibus, at praesertim oblata ante ab ipso aerario pecunia, ut quam uberrime ea excolerentur; quae *Village Settlements* vocant.

Sodalitia inde oborta, praemiis multis et plausibus publice donata, ea praesertim lege notissima, quam *Improved Farm Settlements Act* dixerunt.



Haec omnia in venditionem agri publici constituta novis illis in regionibus totius humanitatis nostrae heredibus non tam maxima admiratione nos veteris Europae incolas implent, quam documento gravi erudiunt, quanto studio et cura sit agrorum fovendus cultus, unde hodiernis plebis necessitatibus praecipua salus est expectanda.

P. ROSSANI.

De fabula Milesia, quae inscribitur « Quo Vadis? »,  
cum Manzonii « Sponsis » comparata

**M**EMORIA tenemus, fabula Milesia, quae inscribitur « Quo Vadis? », abhinc duos trese annos apud nos in lucem edita, quanto hominum studio atque admiratione accepta sit. Vere dici potest, nullum fere eius generis librum, si Manzonianum illum exceperis, tantum publico usu fuisse contritum. Neque solum indocti aut seioli, qui eiusmodi narrationibus delectari solent, eam avide arripuerunt, sed etiam sapientissimus quisque haud indignum sua gravitate putavit in eius lectione aliquid temporis consumere. Multae tum controversiae, aliis aliter iudicantibus, exstiterunt. Fuerunt qui artem scriptoris quasi falsam vituperarent negarentque, eam conformatam esse ad aeternam pulchritudinis speciem animis nostris divinitus insitam. Istam pulchritudinem artificio quodam arcessitam esse; itaque fore ut brevi et illa imperitorum admiratio et hic doctorum hominum adsensus evanescerent. Alii in ipsa narrationis materia nihil admodum novi inesse dicebant; eam multis rebus refertam arguebant, quae in libris pervulgatis invenirentur; multa ex Renato, multa ex Wisemano esse deprompta. Quin etiam genus universum fabulae ad modum Wisemanianae « Fabiolae » conflatum esse, cum tamen hic scriptor in moribus illius aetatis describendis audacius versatus esset. Haec aliaque eiusmodi tum disputabantur, quae vera sint, necne, in medio relinquemus. Nunc nonnulla dicenda sunt de imitatione, quam multi in hoc libro deprehendere sibi visi sunt; cuius rei iudicium certius ac firmius ferre licet. Nam in arte scriptoris examinanda, cum sua cuique placeant, fieri potest ut, praeiudicatis opinio-

nibus acti, a recta via aberremus. At contra ubi statuendum sit, quantum auctor ipse sibi, quantum ceteris debeat, non in opinione, sed in ipsa veritate versamur.

Ae mihi quidem rem tetigisse praeter omnes videntur ii, qui contendunt, Sienkiewictum vestigiis Manzonii nostri instituisse, cum multa ostenderent, quae ex divinis illis « Sponsis » quasi ex aliquo purissimo fonte derivasset. Nos vero in quibusdam ephemeridibus eandem sententiam probare conati sumus (1), eum tamen nondum de aliis quicquam compertum habemus. Quod, opinor, magnum argumentum est contra ineptum quendam criticum, qui cum leviter tum petulanter haec mera somnia esse iudicavit. Nam si plures, eum alias de alio nihil unquam audiverit, eandem sententiam defendunt, fatendum est, in ea sententia aliquid veri inesse; nisi forte tu, cuius oculi ad solem caecentunt, melius atque acerius vides quam Julius Cappuccini, quam Atilius De Marchi, quam Aeneas Guarnerio, quam Felix Martini, quam Guido Mazzoni, quam Carolus Pascal, quam Christophorus Pasqualigo, quam Caetanus Quadri, quam Albertus Rondani, quam sexcenti alii, quorum nomina longum est recensere, qui omnes se idem sentire declaraverunt. Sed istum Aristarchum male natum relinquimus et ad rem redeamus.

Sunt igitur apud Sienkiewictum, quae item apud Manzonium inveniamus, quod nuper animadvertis quoque vir quidam doctus, Antonius Cavalli, in libello Placentiae emissu (2). Qui, cum de utraque fabula prudenter iudicium fert, tum ita eas inter se comparat, ut concludat, Sienkiewictum miro quodam modo, quamquam aliam materiam tractaverit, Manzonianam fabulam expressisse. Quod etsi fortasse nimium videbitur, tamen operae pretium est eius praecepua argumenta summatis referre.

Principio, inquit, uterque scriptor aetatem certam describendam sumpsit, idque et doce et perspicue fecit. Apud utrumque idem fere est contextus narrationis, cum bini sponsi, multis obiectis difficultatibus, impedianter ne sua vota persolvant. Quorum casus mirum quantum inter se similes sunt. Quae de Lucia narrantur a Manzonio, raptus, fuga, occultatio, eadem de Lygia a Sienkiewictio; alterius causa Innominatus totum vitae sua genus convertit, itemque propter alteram Vinicius. Atque ut apud illum publica mala, fames et pestilentia, magnam vim in Luciae fatum habent, ita apud hunc in eundem Urbis et Christianorum caedes cum Lygiae casibus coniectantur. Sed tandem utrumque sponsorum par, e gravissimis periculis emersum, matrimonio feliciter iungitur.

Ac multo magis utriusque fabulae similitudo appareat, si quis singulas res a quoque scriptore enarratas consideret. Vinicci amor initio cupiditati impotenti Roderici consimilis est; quorum festinatio, eum servos exspectant ad virginem rapiendam missos, iisdem fere verbis (ut ego quoque animadvertis) ab utroque describitur. Neque aliter effinguntur hic Luciae, illie Lygiae casti amores, hic Rentii, illie Vinicci anxius animus, eum uterque per urbem pestilentia aut incendio vastam pererrat incertus,

(1) V. *Biblioteca delle Scuole italiane*, aprile 1900.  
(2) Prof. ANTONIO CAVALLI, *Quo Vadis?*, Studio critico, Piacenza, tip. Solari, 1901.

vivamne an mortuam eam sit reperturus. Quorum alter in valetudinarium, alter in carcere furtim se immiserit, in ipsam tandem casu quodam incidit. Minus fortasse adsentendum est huic viro docto eum personas utriusque fabulae inter se comparat. Quod seribit, Vimium ex tribus personis Manzonianis esse confusum, Roderici, Innominati, Rentii, laudo; sed quid Petronio eum Atilio comite et Ferrante? ex quibus unam Petronii personam conflatam esse putat. Chiloni vero quid eum Abundio? Uterque, fateor, timidus ignavusque, sed alter perfidus ac puniendi doloris cupidissimus, alter, si quaeras, haudquaquam improbus. Quod autem existimat, personas Petri et Pauli, elatas nimis ac divinas, vix a scriptore ullo effungi posse, multis exemplis haec opinio refellitur. In quo genere animadvertiscendum erat, colloquium Chilonis et Pauli haud minimam similitudinem habere eum colloquio Innominati et Friderici cardinalis; quin etiam, ut alibi docui, verbis ipsis haec colloquia conspirant.

Ex iis, quae adhuc adnotavimus, appareat, hunc virum doctum (quamquam id nusquam aperte confirmat) iudicare, Sienkiewictum scientem ac dedita opera Manzonii vestigia secutum esse. Ego contra crediderim, id eum imprudentem fecisse. Nam si quaeras ex ipso Sienkiewictio num Manzonium imitatus sit, respondet fortasse, cum librum suum conserveret, fabulam Manzonianam minime sibi obversatam esse. At si proprius eius fabulam consideraveris, perspicuum erit, ut modo vidimus, multa in ea inesse, quae Manzonii opus redoleant. Non tamen Sienkiewictio dicemus, quod olim Cicero Ennio: « Si fateris, stumpsisti; si negas, surripuisti ». Saepe enim accidere solet ut scriptor aliquis invitus excitet res in sua cogitatione iampridem positas, easque in novas formas conversas ita prodat, ut et ipsius et non ipsius esse pariter dici possint. Est enim quoddam imitationis genus, quod vel imprudentis scriptoris animum subire et quadammodo sub eius stilum irrepere videatur.

Scripti in Arce Malatina, idib. Aug.

ANTONIUS CIMA.

### DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM<sup>(1)</sup>

#### III.

**S**AECULO I Christi fideles procul dubio sub tela legis « religiositatis » et sub titulo possessionis iuris privati seu familiaris, quod erat omnino romanis legibus atque consuetudinibus conforme, sepulera retinuerunt. Sed ad melius dignoseendam quaestionem hanc, de qua iam sumus locuti, necesse est aliud, praeter ea quae dedimus, argumentum prae oculis habere, quod non omnibus notum est; fideles scilicet perfructos fuisse primo saeculo ferme integra legalitate non modo sepulerali; sed etiam religiosa. Quod quidem alicui poterit videri novum et absolum a comuni sententia et opinione; sed tamen verum demonstrabimus.

Notum est « Iudaismum » expresse recognitum ac protectum a legibus romanis fuisse,

(1) Cfr. num. XVI.

maxime Caesare et Augusto imperantibus. Suetonius nos monet ob mortem Caesaris Iudeos Romae degentes maximas lamentationes edidisse, et questibus civitatem implevisse: « In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim suo quaeque more lamentata est, praecipueque Iudei, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt ». Quae quidem multitudo Romae circa finem reipublicae ingens erat et tam turbulentia, ut ipse ille princeps oratorum, Tullius, fateatur in oratione *pro Flacco*, viro Iudeis infenso, se ita pertinuisse Iudeos in foro collectos, ut submissa voce clamaret, tantum ut iudices audirent (1).

Et Iudaismo a Caesare et ab Augusto protecto non tantum obveniunt mores ac gentium consuetudines, sed eorum etiam religiosae institutiones, ipsamet mosaica religio, ut patet ex testimonio Fl. Iosephi in libro *Antiquitatum*, ex Philone in *Flaccum*, ex Dione in *Historiis*, adeo ut aliquando Augustus ipse « vi-sus sit quasi iudaizare ». Narrat enim Philo imperatorem decreuisse, ne die sabbati publicae conciones fierent, ne turbaretur Iudeorum conscientia, et in templo Ierosolimitano instuisse pro se perpetuo sacrificium quotidianum.

Tiberius vero legum illarum vim suspendit et tantisper Iudeos vexavit; sed, ut Philo testatur, parum persecutio illa duravit. Iterum sub Gaio Caesare, idest Caligula, persecutionem passi sunt Iudei; et novum edictum contra eos Claudio promulgavit, eius tamen effectus per brevis fuit, ita ut, quando Romam Paulus apostolus venit sub Nerone, numerosa esset colonia Iudeorum et in possessu pacifice sua religionis (2); quod inventa quoque archaeologica testantur.

In urbe enim Pompeiorum reperta fuit haec inscriptio, quae tabula quaedam ad electionem pertinens recognita est (3):

CVSPIVM PANSAM  
AED FABIVS EVPOR PRINCEPS  
LIBERTINORVM

Atqui sensu romano et legitimo libertini appellabantur cives non ex origine ingenui, sed servi, qui, servitute liberati, « liberti » vocabantur; ratione autem originis eorum filii et nepotes « libertini » dicebantur. Sed « cives libertini » numquam constituerunt coetum, seu collegium, et quod magis est, numquam « principem » habuerunt.

Contra in *Actis Apostolorum* fit mentio sinagogae « quae appellatur libertinorum » (4) et « synagogarum arcontes » sinagogae principes latine dicebantur. Tanta igitur sinagogae Pompeianae in negotiis publicis erat potentia, ut areo sinagogae propoteret suo nomine electio nem aedilis Pompeiani.

Claudius Roma expulit Iudeos, quia tumultuant, ut ait Suetonius, « impulsore Chreste » causa seilicet fidei christiana, quam illis diebus maxime inter eos predicabant apostoli et eorum

(1) Haec sunt eius verba: « Scis quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeant in concessionibus. Submissa voce agam, tantum ut audiant iudices... Multitudinem Iudeorum flagrantem nonnumquam in concessionibus pro republica contemnere, gravitatis summae fuit ».

(2) Act., XXVIII, 17, 31.

(3) Cfr. FIORELLI, *Pompeianarum Antiqu. Histor.*, Tom. I, p. 100.

(4) Act., VI, 9.

discipiuli; scitores viguit, et inane ev provineis n edicti, quibus sua privilegi tem (1).

In Christi imperii nullum ditiones ab aut confusione etiam recentem lem ac natura ipsi fideles daicæ religio, religio iudicæ Iudeicæ clare testantur. Claudio Ror « impulsore Chresti christianos d e suo tribunatu multabant: doctrinæ et videte, ego m

Paulo pos licem, Judeac suis civibus a libet poena (4) Agrippæ dec « movere certatione et de quod dicebat adhuc Paulus suaser verteret, in omali esse » (5)

Professio ig in Iudea hab libet censura habuere, ubi gelium praediulla prohibiti

(Ad proximam Ex

DE AUC  
IN LACU

Nomorensis lentia gentium repente in ultimis rumor insonti sunt, causas, nec iota et ap ram. Factum cireum Albano tremuerint terribilis et n proximi Lanuv partim rimas ag que fuisse ea

(1) Cfr. FLAVIUS

(2) Act., XVIII, 1

(3) Ibid., XXXII

(4) Ibid., XXV, 9

(5) Ibid., XXVI,

(6) Ibid., XXVII

(7) Cfr. num. sup

discipuli; sed parum severe decretum imperatoris viguit, et paullatim in usu frustraneum et inane evasit, ut in omnibus civitatibus et provinceis manserint benefici effectus alterius edicti, quibus Claudius anno XLII p. C. Iudeis sua privilegia confirmaverat et cultus libertatem (1).

In Christianos ergo aetatis illius circa leges imperii nullum erat discriminneque aliae conditiones ab Iudeis diversae, idque non errore aut confusione, ut generatim tradunt scriptores etiam recentiores; sed secundum veram indolem ac naturam iurium religionum in imperio, ipsi fideles considerabant non aliter ac Iudeiae religionis cultores, aut saltem christiana religio iudicabatur tamquam dissensio dogmatica Iudeiae societatis. *Acta Apostolorum* hoc clare testantur. Gallion, Achaiae proconsul, cum Claudius Roma expulit Iudeos tumultuantes «impulsore Chresto» nihil christianos aut anti-christianos discernens, etiam Corintho eos eiecit e suo tribunal, ubi aeque contra Paulum tumultabant: «Si sunt — ipse ait — quaestiones doctrinae et nominum legis vestrae, inter vos videte, ego nolo esse de his index» (2).

Paulo post Claudius Lisiás tribunus ad Felicem, Iudeae procuratorem, seripsit Paulum a suis civibus accusari «pro quibusdam quaestinibus legis eorum, non criminibus dignis qualibet poena» (3). Festus, successor Felicis, regi Agrippae declaravit Iudeos contra Paulum «movere certas quaestiones de eorum superstitione et de quadam Iesu defuneto, quem Paulus dicebat adhuc vivere» (4), qui rex Agrippa, cui Paulus suaserat ut ad veram fidem sese converteret, in omnibus his professus est «nihil mali esse» (5).

Professio igitur christiana a magistratibus in Iudea habita fuit tamquam immunis a qualibet censura legali, nec aliter sese Romae res habuere, ubi Paulus sub oculis militum Evangelium praedicabat «cum omni libertate absque ulla prohibitione» (6).

(*Ad proximum numerum.*)

Ex ineditis MARIANI ARCELLINI.

## DE AUGUSTEIS NAVIBUS IN LACU NEMORENSI DEMERSIS (7)

Nomorensis lacus aquae non minus quam silentia gentium premebant utrasque naves, cum repente in ultimo elapsi saeculi decennio de iis rumor insonuit. Reddam, ceu mihi relatae sunt, causas, quibus iterum coepitae sunt diei, nec iota et apicem creditis addam, aut aufaram. Factum est itaque ut omnia, quae sunt circum Albanos tumulos atque Iucos, subito tremuerint terraemotu, tantusque fuerit sub-sultantis et nutantis terrae impetus, ut oppidi proximi Lanuvii muri domusque fere omnes partim rimas agerent, partim corruerent, magna-que fuisset caedes, nisi prae-nuncia soli nuta-

(1) Cfr. FLAVIUS JOSEPH, *De Antiq. Iud.*, XIX.

(2) *Act.*, XVIII, 15.

(3) *Ibid.*, XXXIII, 29.

(4) *Ibid.*, XXVI, 28, 32.

(5) *Ibid.*, XXVIII, 31.

(6) Cfr. num. sup.

tione monitus territusque populus, in plateas viasque et campos effusus, ruinam parietum tectorumque vitasset. Tunc quidam V. De Benedictis, qui in vico Nemorensi imminentem ex rupibus in lacum, insomnis, irrequietus ex fenestra per tenebras despectabat lacum, scintillantia sidera tremulo fluctu, caeruleumque caelum oculis reddentem. Huic repente caerulea superficies albescere visa est, quasi — verbis eius utor — supposito igne candescet, et candidus vapor assurgere, et rumor veluti ebullientium aquarum auditus illi est, ac duo navium iacentia corpora, quasi duo nigrigantia monstra, in lacu vidit. Dum stupet, omnia moveri, nutare, intremiscere. Gnarus quid sit, ut erat semivestitus, sine pileo, diabathratus domo erupit, et fugientes antecedebat fugiens in montem finitimum, ibique tota nocte territus haerensque permanxit una cum ceteris. Omnia quieverunt, ac lucecente die regressus est festinans abre Lanuvium, ubi familia eius morabatur. Verum quae viderat in lacu alte percurserant, atque ita ad litus descendit, descenditque cum eo populi cohors. Tunc se recte vidisse comperuit, quippe multitudo piscium ingens supina fluctuabat ad ripas exanimata, tantaque erat, ut quisque manibus ea potiretur, et fisco, linte, canistros ipsa onerarent, peterentque domos invitaturi ad novam praedam consanguineos et cives. Haec ille mihi Romae degenti retulit, cum, exutus domo et supellecili, terraemotu Lanuvino veniret consultum me quid portenderet illa subita lux emicans et profundo Nemorensis lacus, quid nebula erumpens, quid caedes illa piscium, quid minarum lateret, quid illa duo ingentia navium corpora, quid cum nemorensi illo visu Lanuvinus terraemotus commune demum haberet.

De navibus quae noveram reddidi, de reliquis dixi immane esse periculum; nam si terraemotus impetu disrupta sub lacu tellus hiasset, praecepitesque in reviviscentis vulcani viscera descendissent, extemplo in vaporem conversae, quem speciosa vulcani continere non potuisserunt, tanta vi montes collesque disiicerent, ut Roma ipsa mortiferae rupium grandinis expers non fuisset. Ex iis de abeundo a Latialibus montibus consilium cepit; et postquam, Lepriano solo considente, lacus illius est nocte una exortus, et, quaerens quid futurum esset, accepit iterum fore inde terraemotum, prout paucis inde mensibus factum est, nulla interposita mora se a magisterio musicae cohortis abdicavit, et una cum coniuge et filiis Americam petiit, ubi nunc arte sua partis tum laudibus tum divitiis optime et feliciter floret.

Verum haec, alias quamquam spectare res videantur, in unum illud coniurant, quod elucubrationi nostrae quasi argumentum inscriptum est. Nam homine illo terrores narrante suis, et visa frequentius dicente, recordatio Caesareae navis, ut ita dicam, recrudit, et vigens virensque per omnium ora, quot in Nemorensi pago sunt, ferebatur, praesertim quum plures essent qui a parentibus, ab avis, quae Fusconius patratarat olim accipiebant, et sublatas divitias, et mirabilia operum, et sexcenta huiusmodi, aucta et crescentia, ut solet, narratione senum, quibus in more est sua iuventutis laudare tempora, et illustre videtur et magnum

dicere se vidisse, se fuisse testes, se manibus contrectasse singula, quae nostris praestantiora veteres illi dies afferebant.

Dum ergo per pagum, per finitimas regiones et recentium et priscarum rerum, quas Nemorensis condebat fluet, fama volitabat, et sermo percrebrescebat in dies, Elisaeo Borghi, a dynastis Ursiniis, lacus finitimorumque agrorum dominis, potestas facta est, ut Diana Nemorensis templum, siqua rudera manerent, inquireret, et saltum aream et pavimentum luci diurnae redderet, quo exteris nostra invisentibus optabilior et iucundior lacus exsisteret. Immo ipsa Princeps Fœmina Iulia Ursina Borghii hortata est, ut aliquid in lacu tentaret, cuius ubique pagi tot miracula praedicabantur. Tantæ matronæ verba desideranti iam Borghio, quippe rei famam iam inde acceperat, stimulus addiderunt, et subsidiis praeditus omnibus, quibus urinatores nunc utuntur in profundis pelagi perscrutandis, opus grande adortus est, et Septembri mense decadente an. MDCCXCIV, satagente urinatore non idoneo tantum, sed aptissimo ac diligentissimo, quaesita primum navis, cuius notus erat locus, de qua paullo ante eruditus vir Constantinus Maes felici Minerva plurima scripserat paeloque vulganda dederat, magno exspectantium gentium plausu ac deletione perlecta. Tunc photographia iuvante, quae suscepta sunt, libris, chartis, ephemericibus, diariis creduntur, et ubique visenda mituntur tum aeneae thecae referentes animalium ora, rostra, pendentesque ex iis annuli aenei, quibus funes et anchorae alligabantur, tum Gorgonis anguierinitum caput, tum pars aenei arcus, tum transenna clathrata, tum capitella, tum columnae ex aere pariter, tum multicolora marmora, et sexcenta longe maius pollicentia; denique plumbei tubi reperti sunt, ex quibus patet C. CAESARIS AUG. GERMANICI, Caligulae scilicet, opus omne fuisse.

Nec miror illum tanta potuisse adstruere, et instruere, qui tanta simul valuit potentia ac dementia, ut adhuc haereat anceps historia utrum nomine magis inter Augustos, quam intermente captos sit recensendus. Bernabei, in equestri ordine princeps, monumentis veterum tuendis praefectus, saepe invisebat, atque cavebat ne quid urinator per vim abstraheret, ne quid surriperet, et plura constituit adinventione sua, ut primae navis adamussim forma, locusque eoram essent certis indicis ex subere factis, remque omnem Guidoni Baccellio, bonarum artium studiorumque moderatori supremo, aperuit felici et fidi narratione describens.

Post haec mora non fuit quin et altera navis inquireretur, quae XII ante Kal. Novemb. fausto alite reperta est, altioribus ad meridiem aquis submersa; atque ex hac mirabiles pariter emerere reliquiae tum aeneae, tum cupriae, tum fictiles, tum marmoreae, figuris, meandris distinctae, decoratae; haec autem navis longe grandior iam nota, quippe uno super septuaginta metra in longum producatur, quatuor et viginti metris pateat. Ingruentibus nivibus pluviisque hiemalibus, vestigatio omnis circa Decembres Idus relieta. Tunc, procurante Baccellio, marinis addictus rebus et muneribus vir mathematicus Victorius Malfatti, maritimerum administratore iubente, sententiam suam aperuit de reci-

perandis navibus, ita ut rursus innarent, ac restauratae, refectae specimen mirabile navium romanarum ostenderent, miraeulum ferme incredibile post annis mille et octingentis.

Hie tria proposuit, nempe: I si fiat circum ex tabulis paries aquis eingentibus impervius, interiores vero aquae machinis, quas uidoyoras vocant, siccentur; II si eatenis et funibus corpora iacentia circumdentur et constitutis superius ergatis eleventur; III si fodiat eunieulus, per quem laeui aquae defluant, inferior navibus ipsis submersis, quo non modo redimerentur naves, sed, quod egregium est, quaecumque pretiosa in submersione ecclidissent hinc indeque, praesertim cum in deelivi pronoque sint, et in latus non medioerit inclinentur. Prima et altera conditio periculorum plena, difficilesque, laboriosae nimium apparent, et nullus relinquitur locus ad ea recuperanda quae semel dilapsa sint. Tertia medioeri impensa perficietur, et effossus eunieulus 1800 metris tantummodo produceatur. Nunc geologiae peritis traditum examen soli, quod, vulcano olim illic saeviente, rupibus porphyreticis, aut aliis generis durissimis facile posset constare, quo impedimentum gravius fieret (1).

Quod ad nos attinet hoc unum precamur, ut, quae facienda sunt, cito fiant; bis enim dat qui cito dat, neque tam deceat aerarium publicum vim auri magnam effundere in illis effodiendis, quae Cretensi in insula, quae in Asia, in Graecia delitescunt obruta humo, dumetus, ac ruinis, quam turpe est ea quae domi sunt non inquirere, cum certa sint ac patentia, rem datura, quam nulla gens, nullus populus poterit umquam offerre. Sic erunt apud nos unice in Pompeianis Herculaneisque ruinis antiquarum urbium specimina, erunt unice apud nos in Nemorensibus navibus exempla Romanarum navium, Romanarumque artium monumenta clarissima, ab ultimis orbis terrarum regionibus singulari frequentia petenda.

H. DE VECCHI PIERALICE.

#### NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE DE PUBLICIS VECTIGALIBUS

- ▲ Ut tributa sint aqua, fas est, uti lex, non hominis arbitrium ea disponat.
- ▲ Nimiae impensae pariunt onera, onera querimonia.
- ▲ In exigendis tributis, potissimum miseriae et calamitatibus prospici populorum debet, ut ii patriae diutius quam fieri potest serventur.
- ▲ Decet pauperum rationem haberi; proinde in vectigalibus exigendis eorum misereri oportet; nil enim habentibus et non nihil extorquere inhumanum est.
- ▲ Iustis et consuetis modis vectigalia ad aequitatem redigantur.
- ▲ Administris in publicis operibus benigne et prudenter se gerant, ne irritent agrorum cultores, praesertim tristibus temporibus, quibus magis miseratione quam asperitate indigent; praecipua enim institutio publicorum operum intendit ad salutem, commodum et patriae bonum opportuno tempore, minime vero ad indigentiam et aegritudines civium provehendas.

Latine reddidit C. DEHO.

(1) Exstat etiam, latens autem adhuc in mente docti viri Aemilii Giuria quartus recuperationis optatae modus.



DURERI TABULA IESUM INFANTEM REFERENS CUM DOCTORIBUS DISPUTANTEM.

**B**ARBERINIUS, Romanus princeps, tabulam hanc pretiosissimam suis in aedibus asservat, quam, si recentior esset, profecto *verisimi* assecurari peritus quisque assignaret: Durer contra eam effinxit. Quamquam male heic verbo «effingere» usus sum, cum rectius proprius aut «refulgit» dicere, aut «exemplavit» debuerim. Re quidem vera perraro conspicere datur tot vultus haud ferme, si Christum Iesum exeperis, puleherrimos, sed tam vivos veracesque ac tanta cura ex ipsa subiecta specie naturae descriptos.

Seneicutis plerumque imagines in his hominibus exprimuntur: gaudet autem pleno virilis aetas robore ille qui liber intuetur, atque ad nasum paene quem gestat pileum obduxit. Miro artificio sunt pariter omnium manus non sine quadam peritiae ostentatione delineatae. Iesus contra humili habitu oris, iuventute et divino afflatu decorus, cui flava coma optime convenit, tamquam sidus medias inter nubes nitore quodam suo emicat.

LAELIUS.

#### NAPOLEONIS GENES

**D**E Napoleonum genere investigator aeetus et diligens inter omnes habetur Fridericus Masson, quatuor voluminibus eius historiam domesticam ab anno MDCCCLXIX usque ad annum MDCCCII hue usque persequutus. Qua quidem ex multiplie inquisitione, eum singula in lucem ponere scriptor coactus esset, deduci praecipuum innotuit Napoleonis tune maximam curam atque gravissimam semper fuisse, ut sibi atque imperio heredem pararet. Constat Napoleonis gentem concordem voluisse fratrem natu maiorem Caesaris huic in regnum successorem: at Caesar ut adrogatum hoc ius abdicandum illi suaderet, ambitioso eius animo satisfacere quodammodo voluit, Italiae thronum ei offerens. Grata haec Vindobonensis administris visa res; sed Iosephus (hoc enim viro nomen), hereditatem imperii sibi servare anteferens oblatum novum regnum respuit.

Tunc imperator ira motus Ludovicum, Batavorum regem, vocavit, Italiaeque regnum una haec condicione ultro obtulit, ut sineret filium suum ab ipso Caesare adoptionis iure donari: Ludovico etiam renuente, Napoleon eum se amplius visurum negavit.

Eugenium deinde Beauharnais novo iure auge constitutus: Imperii cancellarium maximum illum elegit ac tamquam adoptivum filium habere coepit. Sed antequam rem penitus decerneret, Lucianum fratrem ad se vocavit, monuitque ut duos filios, quos ille a Ioubertou uxore accepit, repudiaret, si vellet suum in sua gente locum adipisci. Lucianus vero ignoramus condicione reiecit honoribusque valdebat potiusquam uxorem liberosque desereret. Tune tandem Napoleon Eugenium alterum ab Italiae rege creavit.

His de causis primo Napoleonem inter atque Iosephum fratrem discordia orta est; sed mulieres sue gentis numquam a Caesare deservunt. Carolina enim illi adulabatur, ut nova praemia sibi et Ioachimo Murat impetraret, Ludovica eadem moliebatur pro Baciochi viro suo, mater denique ipsa Caesaris ut cognatis suis e gente Arrighi et Ormano utilitates et honores lueraretur, filium obsequio honestabat assiduo.

Atqui Napoleon, ut pleno arbitrio hereditatem imperii conferret, utque libere domesticas res disponeret, prout publicas regebat, ad Hyeronimum alium fratrem conversus est, quem iussit

ex Amer...  
Elisabeth...  
animo an...  
etus, Eur...  
taviae lit...  
currit. Se...  
buit, Elis...  
navis pra...  
gnitatis a...

Interea...  
fratris nu...  
cum ethn...  
eas plane...  
voluntati...  
ad Eugen...  
stam Baw...  
venit aut...  
latorum il...  
decrevit...  
esse cum...  
nonne illa...

Honorib...  
lare omne...  
sem Ducis...  
norum reg...  
Magnum...  
gem, Pau...  
Fesch, pur...  
Germania...

Sed tot...  
sim genti...  
Iosephum...  
tatibus in...  
passim flag...  
amentia co...  
illum passi...  
alieno in d...  
hians Dana...  
tur, quo p...  
inutiliter d...  
duellionem...  
dientia ian...  
sephus con...  
gno cooper...  
liciti regni...  
unus Caesa...  
nebat, qua...  
a Caesare...  
anno MD...  
neque faci...  
virtutibus...  
ataque aem...  
seiuixeran...  
Elissa, aut...

Quin eti...  
quidem Ca...  
rem e ma...  
demortuo,...  
Tilsitt hab...  
Europaea...  
Igitur ad ...  
nich assent...  
filios ipsos...  
gentis mu...  
gratissima...  
versa fuit...  
genium ap...  
siam, Iose...  
quebatur,...  
tamquam i...

ex America proficisci, derelicta ibi uxore Elisabeth Patterson. Hieronymus tum primo animo anceps, tandem una cum uxore profectus, Europam cum tenuisset, Elisabeth in Bataviae litore dereliquit, atque ad fratrem ecurrit. Sed post colloquium, quod cum eo habuit, Elisabeth in Americam remisit, ipseque navis praefectum officium et munus, regalis dignitatis augurium, accepit.

Interea Napoleon Pontificem exorabat, ut fratris nuptias irritas declararet, quippe quae cum ethnica muliere initae fuissent; at Pius VII eas plane legitimas inveniens, noluit Caesaris voluntati acquiescere. Inde factum est ut iterum ad Eugenium Caesar rediret velletque ut Augustam Bavarii regis filiam uxorem duceret. Invenit autem paulo post coetum quemdam praelatorum illegitimum, qui Lutetiis advocatus male decrevit Hieronymi nuptias irritas, eique fas esse cum Württembergensis regis filia (evidit, nonne illa ethnica erat?) ad novas convolare.


Honoribus interea et potentia suos cumulare omnes Caesar pergebat: Elissam Lucensem Ducissam fecerat, Iosephum Neapolitanorum regem, Murat Bergensem et Clèves Magnum Ducem, Ludovicum Batavorum regem, Paulam Guastalliae urbis principem; Fesch, purpuratum patrem, ipsius avunculum, Germaniae primatem dixerat.

Sed tot beneficiis male partis ingratum passim gentis animum Caesar videbat: Neapoli Iosephum fratrem nonnisi venationi et voluptatibus intentum; Ioachimum Murat invidia passim flagrare; Ludovicum in Batavia nova amentia corruptum stulte agere, veluti si quis illum passim persequeretur; Hieronymum aere alieno in dies graviore obrui. Itaque tamquam hians Danaidum dolium facta ea gens videbatur, quo pecuniae et milites continuo atque inutiliter demergerentur: Haga civitas in perduellionem exsurgebat; Cassel eiusvis oboedientia iam solvebatur. Brevi Murat atque Iosephus contendere ad invicem de Iberiae regno cooperunt, suaequa tantum ambitionis solliciti regni fines tueri obliti sunt: Eugenius unus Caesare dignus filius virtute et fide manebat, quare Venetiarum principis titulo a Caesare honestatus est. Re quidem vera anno MDCCCLIX gloria onustus e bello rediit, neque facile Caesar alterum in sua gente tot virtutibus eumulatum invenisset. Ambitus enim atque aemulatio animos praeceps mulierum seiunxerant; nam neque Iulia, aut Hortensia, aut Elissa, aut Carola quae sibi eupierant obtinuerant.

Quin etiam a rebus pessimi exempli ne ipse quidem Caesar abstinuit, qui Iosephinam uxorem e matrimonio remisit. Carolo pueri sibi demortuo, colloquio cum Russorum Caesare apud Tilsitt habito, cupiditas heredis e certa regali Europa domo habendi Napoleonem tenuit. Igitur ad Absburgenses conversus, cum Metternich assentientem praenovisset, Iosephinam per filios ipsos monendam de divertio curavit. Ceterae gentis mulieres eius fortunae invidentes rem gratissimam habuere, quae ne viris quidem adversa fuit. Murat enim atque Hieronymus Eugenium aperte aemulabantur; Carola Hortensia, Iosephinae filiam, vehementi odio prosequebatur, Napoleonis mater Iosephinam ipsam tamquam imperatricis titulo insignem sibi praef-

ferri aegre tolerabat. Divortio a coetu Lutetiensi, cui Fesch ille praecerat, rato habito, Napoleonis gens Eugenii omnisque Beauharnaisiae gentis victrix e veteri odio evasit. Brevis tamen triumphus! Vix enim post annos quinque videre fuit regalem heredem, quem tantopere omnes cupiverant, auxilio et amicitia destitutum ab omnibus, qui morituros pro eius iuribus sacramento sese spoderant. Quae sane Caesaris non contigissent, si suorum aemulationem negligens, Eugenium in proprium imperii heredem advocasset. Consilium hoc, si Napoleon iniisset, gratum ferme et Galliae et Europae cessisset: ille contra, tam asper atque rigidus contra reges et fortunam, in suos animo imbecillis, talem se praebuit, ut eorum cupiditatibus et studiis facile fuerit superatus.

I. ANTONELLI.



EPHEBI CANENTES

QUOS LUCAS DELLA ROBBIA EXPRESSIT

**H**os concinentes ephebos in musices peristilio, quo Florentina princeps decoratur ecclesia, Lucas della Robbia, terra coeta, suo more, insculpsit. Quae formae videntem primo maximeque percellunt, pueri sunt illi duo, choralis librum intuentes; horum post terga adolescentes aetate proiectiores in eundem librum demirantur musicae notas longius sequentes: qui magis distant reliqui duo tacent sane; at qui dextrorum adstat pulsans manibus chorimotum moderatur, iamque ecce laevam palman in dexteram percudit. Laudes de vestium membrorumque mira veritate, deque totius operis elegantia heic non persequear, ne videar excultis lectoribus facere iniuriam: de peritia autem vulnatum effingendorum, cum sic in errorem abripiamur ut credamus paene ipsos ex ore de-

promptos audire concentus, illud Aligherii profecto in mentem reddit (PURG. X, 59-60):

*a' duo miei sensi  
Facea dicer l'un NO, l'altro SI, canta.*

X.

MARIS PROFUNDUM

**Q**UAE duo maxime percellunt mentes hominum, amplitudo propemodum infinita, et pulchritudo, semper eadem et alia, eadem et caelo et mari mirabiliter continentur. Quapropter utrumque antiquitas dignum Numine domicilium rata est, caelumque Iovi superisque Diis addixit, mare Neptuno, Nereidis, Tritonibusque constitutum habitandum, illud fulguribus, fulminibus, tonitribusque formidabile, istud saevientibus fluetibus et fragore undarum horribile; illud scintillantibus astris, luna, sole, serenitate iucundissimum, istud multiformi piscium genere pulcherrimorum frequens, commerciorum et negotiationum sequenter, gemmas et purpuram luxui cultique suppeditans, ac tamen utrumque, nisi proposita morte, non tentandum. Hinc illa exempla humanis per vetitum quodque ruentibus, quorum apud vates crebra saepe mentio; hic enim est

*Expertus vacuum Daedalus aëra  
Pennis non homini datis (1),*

ac, dum

*... ceratis ope Daedalea  
Nititur pennis vitro datus  
Nomina ponto (2),  
Icarus icariis nomina fecit aquis (3).*

Atque idem Venusinus proinde monet:

*Nil mortalibus arduum est.  
Caelum ipsum petimus stultitia, neque  
Per nostrum patimur scelus  
Iracunda Iovem ponere fulmina (4).*

At si de caelo haec, non minora de mari adeunda mortis enumerantur pericula, ex belluoso Oceano, quo nullum

*... mortis timuit gradum,  
Qui siccis oculis monstra natantia,  
Qui vidit mare, turgidum, et  
Infames scopulos Acroceraunia.  
Nugicquam Deus abscedit  
Prudens Oceano dissociabili  
Terras, si tamen impiae  
Non tangenda rates transiliunt rada (5).*

At hominis hoc, et homini proprium et singulare, quod in ea, quae pulcherrima sunt admiraturi feramur, in ea vero, quae disserim, quamquam supremum, obiciant, abripiamur; in utrisque autem rebus remotas petimus proximarum incuriosi. Itaque scimus ante Oceanum perlustratas fuisse caeli regiones, sidera nominibus designata, stellarum vices et conversiones notatas, solisque lunaeque labores et defectiones

(1) Hor., lib. I, Od. 3.

(2) Id, lib. IV, Od. 2.

(3) OVID, Trist., lib. I.

(4) Hor., lib. I, Od. 3.

(5) Id, lib. I, Od. 3.

monumentis eredita, cometarum formas et modos, deuersusque enucleatos. Aequoris vero leges, vicissitudines, motuum causas fluentium et re-fluentium neglectas, oras et loca vix nomine definita, profunda non vestigata, inhabitantium genus aut omnino ignoratum, praeter ea quae ad esum essent, aut male notum, aut fabulosis narrationibus intertextum.

Iamque disciplinis et scientia ultra proiectis, novisque instrumentis, quibus oculorum vis au-geretur, fausto alite comparatis, ecce amplissimos et eruditissimos viros ardua caeli perquirere, scrutari, scribere, eo pervenire ut ipsa, queis fulgent, nientium elementa stellarum annuntiant, aequoris intima praeterire, relinquare. Numquid contempnsere? Non dicam. At scire praestitisset, puto, magis de mari, cui vitam et merces credo, quam de nubibus, seu nebulosis Magellani, quae, vix post miriadas miriadum saeculorum, apice vix uno erunt propiores.

At nostris ista temporibus, et quidem non sine laude, servabantur adeunda; perficienda non asseram, cum in ipso limite simus adhuc atque vestibulo, ex quo tamen iam interiora regiae Neptuni domus, atque atria longa patescunt, et iam suspicari audent, ne coniectari dicam, affore tempus, quo nec Himalaya mon-tium omnium apex altissimus, nec cete maxima animalium omnium corpora praediebantur. Plurima minantur utriusque hiantes in imo Oceani valles, patentibus in hisce late campi, siccis nostris longe ampliores, in quibus ne-cessus est natantium populos supermarino et noto spatiari, magis et mole corporis vastos, et rictu magis immanes. Iam fit nobis in mari, quod in caelo contingit. Quo magis perficiuntur instrumenta videntium, eo magis amplifi-

cantur siderum turmae, dilatantur spatia orbis eaelestis. Sie in Oceano; quo magis perpendicularia perficiuntur, quo magis nauticae « catapiractes » vestigandis altioribus profunditatibus aptiores constituntur, subaequorea eo magis quaque numero, forma, genere crescere, et fluctu marino occupata spatia dilatari videntur. Equis enim abhinc annum vigesimum eredet 9500 metrorum in profunda perpendicularium posse demergi, posse, catapiractibus industria perfectis, nos tam alta adipisci? Quis crederet futurum tempus (hoc iam ferme tenemus), quo sicut in geographicis et orographicis chartis excelsa Alpium, et Atlantis, et Andium, patentia camporum Americae Meridionalis, et squallentia solitudinum Asiae et Africæ describuntur, ita quae sub Oceano Pacifico, Indo, Atlantico, quae sub lacubus Genevae, Ladogae et Aral, quae sub Gaditano freto, et Propontide abundunt, coram oculis, coram mente pateant, obstupescibus ac demirantibus hominibus circa novos Protei Phorcique greges, quibus immensos per fluctus paseendi dantur agri, colles, montesque subaequorei, quos nemo antea vidit, vix aliquis ex eruditissimis coniectavit, et vix ad amici aurem pressis labiis admurmuravit, ne a multitudine irrideretur? Erit igitur oceanographia, quasi fraterna consanguinitate, geographicae disciplinae coniuncta, quae maria per regiones singulas, itemque marium profunditates in chilometra distribuens singulis viris doctis singula serutanda, et in libros et ordines redigenda eredet; quo facto et quisque sebit rectius, et asperitates, siquae fuerint, moliet libentius.

Iuvat autem nunc, quasi ad coronidem, enumerare quid brevi ad rem quisque confecerit.

Nuper *Tuscarora* Americana navis circa S. Helenae insulam in Atlantico altitudinem Oceani ad quingentesimum metrum et octo millia deprehendit. At recentius *Penguin* Angliae navis ad Insulas Amicorum et praecipue in meridiem insulae Tongae mille super metra notis profunditatibus addidit, nempe 23° 39' latid. austral., et 177° 24' longit. occidental. metra 9193 contigit; procedens 28° 24' S. E., et 170° 24' S. O., easdem apud insulas, 9422 metra adepta est. Denique ad insulas Kermadeas, 50° 28' lat. austral. 178° 37' long. occident., 9437 metra profunditatis reperiit. Quid si dicam virum egregium, *Penguin* dueem, Balfour, reperiisse quasdam abyssos in subaequorea planicie, 3700 metrorum altitudinem non excedente, abyssos, inquam, sex metrorum millibus hiantes, ex quibus catapiractes rubram eretam, quam argillam dicunt, referebant? Hinc patuit ibi esse culmina trium montium, qui longe altissimos Europæ montes, Mont-Blanc, nempe metris cir-citer mille ac tercentis, praeverterent.

Dum haec in Oceano ab Anglis aguntur, Orloff, Moschus, dux loricati navigii *Pamyat Azowa*, Propontidem, Marmaricum mare, inquirebat, ibique subaequorea noseebat inesse mari flumina, immo maria; oceanum nihil esse praeter superposita immensa flumina, plurimi fluminibus constantia, quotidie euntia ac discurrentia quasi motu praedita sempiterno. Quare illud antiquitatis effatum rectissime facto redibat, leviter nimis irrisum nuper, a sapientibus ceteroquin viris, quo ferebatur Oceanus nihil esse praeter flumen ingens, quo totus quasi amplexu prae-cingatur orbis terrarum; ferebatur Oceanus esse serpens enormous ille spiris omnia terrena am-plectens ac stringens, terrasque adlambens cir-

6]

## ALOISII CLASII LUSUS PASTORALES

### XXXI.

*Intentis, Elpine, illuc in valle profunda,  
Saxa represque inter, prospice luminibus.  
Aeger ibi lupus, hem! senio confectus inerti,  
Cogitur extremum funus obire suum.  
Stratus humi, viden', ut totis tremit artibus, utque  
Concedens fato, exhalat anhelam animam?  
Idem est ille tamen, qui his olim montibus errans  
Circum aridis ibat dentibus, ungue fero.  
Quot tulit is praedas, nostro insidiatus ovili!  
Quot...! Sed tu vindex corripis ecce manu  
Arcum, latronemque petis stridente sagitta:  
Elpine, abstineas, oh! precor, abstineas.  
Non licet occiduum torqueare atrocius hostem:  
Sat gravis in misero est, et sacer ipse dolor!*

### XXXII.

*Parrulus est orium grer, infoecundus agellus,  
Quos fortuna tibi, pastor, habere dedit.  
Ipse tamen ritam nimium nimiumque beate  
Degis, et usque tuo risus in ore sedet.  
Contra finitimo, quot sunt in oribus agnae  
Praepingues domino! qualis amoenus ager!  
Muneribus caeli sinus olli semper onustus:  
Tu sudoris habes praemia parca tui.*

### XXXIII.

*Agnelle infelix, cui primo ab luminis haustu  
Cara est crudeli funere adempta parens;  
Illam querendo, tremulis balatibus imples  
Hoc nemus, et dubium fers, miserande, pedem.  
Huc aedes, ah! miserande; tuas compesce querelas,  
Quas frustra ingeminis, ubera grata vocans.  
Clamantem tua te genitrix non amplius audit:  
Solum auges flendo moestitiam domini.  
Pone metum: tenera si pasci haud es potis herba,  
Matrem aliam, quae lac praebeat, ecce paro.  
Utile quod spero me nae moret erga pusillum  
Te, mage sed tangunt fata, miselle, tua.*

### XXXIV.

*Herbae languidae, sitiens et floscule, ab igni  
Qui sic aestivo victima conciditis,  
Vestro et suppliciter sermone oratis Olympum,  
Ut gelido exustum recreet imbre solum;  
Montibus Eois en iam Matuta rubescens  
E tacito umbrarum, nocte abeunte, sinu  
Prata super rorem guttatum decutit alnum,  
Restingui ut paulum possit acerba sitis.  
Iamque modo aridulum video revigescere caulem;  
In folia actutum vivida forma reddit.  
Sed, proh! quae utilitas? rehitur si Phoebus ab Indo,  
Quodque Aurora dedit, surripit ille brevi?*

### XXXV.

*Quidnam consilii rupem te ferre per istam  
Impulit audacem, stulta capella, pedem?  
Rupem, quae a summo labat undique, iamque minatur  
Derastare alveum fluminis attigi?  
Seilicet ipsa quoque trepidare arbusta videntur,  
Nequicquam stabili freta supercilie.  
Tu tamen imparide adrepis, virgultaque dente  
Pauca sequens, blanda vinceris illecebra.  
Nonne vides, ut grex reliquus, tibi foedere iunctus,  
Occupat alla quidem, sed mage tuta solo?  
Ut desiderium ventris, te cautor, explet?  
Sed monito haud pares, surda capella, meo.  
Vae! quia mors illis manet abdita cautibus horam,  
Qua te praecepiti funeret exitio.*

### XXXVI.

*Tunc etiam tantis, o sepes hispida, curis  
Hic mihi alenda es, ubi terminus extat agri?  
Inque tibi terra trudendum germen eadem,  
Quae fert cultori præmia larga suo?  
Ipsamet es, fateor, munimen sentibus aspris  
Ad coniuratas in mea damna manus;  
Quippe retas aditum, cupidis praedonibus obstans,  
Sicque facis, campo stet mihi tuta seges.  
Ast igitur, simul ut flavae curvantur aristae,  
Praemetuam ruri furta dolosa meo,  
Teque necesse habeam sudatae obtendere messi?  
Ah, nostra emendas talia secla, Deus!  
Sic, ut frugiferum domino tueantur agellum  
Haud spinæ, verum ius et honesta fides.*

citu perpetu  
beretur, cohil  
in litora age  
antiquitatis d  
fabre verbis  
tate sua post  
perrima exp  
mari sunt, in  
austro-orienta  
ductae; quae  
dentem 1500  
deuersu plus  
occidente et  
gnum est ori  
ostendere, que  
fuit, atque in  
bres commov  
eodem ponder  
terraneum sat  
alterum super  
aliter inferi  
Quod sale gra  
rius a Medite  
minus, hoc su  
terraneum. Su  
tur 24 °, intr  
tinetur; inferi  
viginti metris  
gravitate sua

Calor haere  
thermometri p  
quat; sub vigin  
quasi repente i  
habet; a 426  
14°.2 obtinet.  
a fundo in sum  
salutare fluebit

*Rivulus alpini p  
Inter saxa ei  
Considet ad fonte  
Reclusam lati  
Ima sed inde pet  
Molliter elabe  
Attollit frontem,  
Iam mihi, ait  
Mirandisque nov  
Flores et frue  
Vix moret incert  
Dum tamen h  
Heu miser! incav  
Influit aequor*

*Ergo tibi, upilio,  
Ah miserum!  
Quod floccorum a  
Ex pascentum  
Abstineas, oro; n  
Provida tunc  
Quo strata ipsa l  
Molliter ac so  
Iam si avium tu  
Forsitan est p  
Ten' latet hic de  
Unde super vi*

*Has per inaccesso  
Conqueror am*

a navis circa S. Healtitudinem Oceanum et octo millia deuin Anglica navis recipie in meridiem metra notis profun-<sup>39'</sup> latid. austral., metra 9193 con-<sup>170° 24'</sup> S.O., metra adepta est. indeas, 50° 28' lat. dent., 9437 metra dicam virum egre-<sup>3700</sup> reperiisse quas-<sup>xcedente, abyssos,</sup> ea planicie, 3700 us hiantes, ex qui-<sup>nam, quam argillam</sup> tuit ibi esse cul-<sup>unge altissimos Eu-</sup> hempe metris cir-<sup>reverterent.</sup>

Anglis aguntur, i navigii Pamiat ricum mare, inqui- scebat inesse mari nihil esse praeter a, plurimis flumi- tia ac discurrentia o. Quare illud an- cto redibat, leviter nibus ceteroquin nihil esse praeter si amplexu prae- tatur Oceanus esse annia terrena am- adlambens cir-

citu perpetuo, et finibus continens, ne dilaberetur, cohidentibus undis, et reliquias omnes in litora agentibus. Sic illud sapientissimum antiquitatis dictum, et rei quasi imaginem affabre verbis dolatam, quam iuvenescens levitate sua posteritas irriserat, et amoverat, nuperima experientia confirmavit. Valles eo in mari sunt, invicem parallelae, tres numero, ab austro-orientali in Boream occidentalem produetae; quae ad caput in orientem sunt et occidentem 1500 metr. profundae, mox in medio decursu plus minusve altiores, 1280 metr. in occidente et centro graduntur. At nota dignum est orientalem vallem vestigia terraemotus ostendere, quo Constantinopolis olim quassata fuit, atque in regiones vel remotissimas lugubres commovit eventus. Aquae Propontidis eodem pondere salis sunt graves, quo Mediterraneanum saturatur; verum duplex est flumen; alterum superius ab Euxino in Propontidem, alterum inferius a Mediterraneo in Euxinum. Quod sale gravius et magis ponderosum, inferius a Mediterraneo in Euxinum fluit; quod minus, hoc superius fluit ab Euxino in Mediterraneanum. Superior fluvius, in quo sal miscetur 24%, intra viginti metra a superficie continetur; inferior, in quo sal est uti 33% a viginti metris ad ima, tardior quidem et quasi gravitate sua segnior decurrit.

Calor haerens marinis aquis gradus 19°, 6 thermometri plus minusve in superficie exaequat; sub viginti metris (num hoe sali debet?) quasi repente in 15°, 8 decidit; post 212 m. 14°, 4 habet; a 426 metris ad imum usque vix 14°, 2 obtinet. Perpetuus inde motus aquarum a fundo in summum, a summo in fundum, quod salutare fluctibus est, ne tabescant. Fauna ma-

rina novis hinc ditata speciebus. Spongiae, moluschi, anfidii sub mille et octingentis metris reperti septem species novas, et insuper sex et quinquaginta protulerunt, inter tres ac triginta, et duo de quadraginta ultra centum iam notas. Haec conquista sunt ad veteris Carthaginis litora, ad Caput Roux, et Serrat, ad insulam Galitem, in gulpho Gabès, in lacibus Bisertae et Iskel, et in sinu Surkennis. Conchyliorum vero cohortes sunt, ipsaeque multitudine immumerabiles.

Nos, quibus oceanographia pulcherrimum et iucundissimum quid pollicetur, intentis oculis animisque omnia huiusmodi sequimur, lectoribus nostris, ubi comperta fuerint, singula narraturi.

M. LANI.

#### VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Bucarestii in urbe Alexander Candiano, inter duces Rumeni exercitus insignis, qui Plewnae in opugnatione praestantissimum se praebuit. Carminum quoque scriptor probabilis evasit.

Antonius Maria Cascajares-y-Azara, Pater Purpuratus, Archiepiscopus Vallisolanus, militiae primo nomen professus est; cum vero tribuni cohortis tormentariae munus assecutus esset, vacationem petiit, seque totum in Caesaraugustae athenaeo ad rerum divinarum et iuris cognitionem addixit. Sacerdotio inito, honorum cursum confecit, quos proculdubio meritus est ob doctrinam abundantem et prudentiam eximiam.

Henricus de Orleans, e regali genere Franco-gallico, cum, prouti assueverat, peregrinaretur, Saigon in urbe iecinoris morbo correptus obiit tres et trincta annos natus.

*Dumque dolens te clamo, hedero auditur ab antro  
Una Echo voces ingeminare meas.  
Quis scit, quae aut inter nemora, aut quibus exsul in oris  
Pasceris, et quantus stat tibi corde pavor?  
Forsan et horrendis lacerata es morsibus, esque,  
Hei mihi! ieconi condita ventre lupi.  
Cur, ah! cur dubio, male cauta, errore viarum  
Ignota ab notis iuvit adire sola?  
Sed tuus a culpa vacat error: ego immo, cui errans  
Visa modo es minime, debueramque tuae  
Sedulitate mea, observans, vigilare saluti,  
Primus acerbae adeo sum tibi caussa necis.*

XL.

*Candidus et tener hic, agnus lac sugere dulce  
Suetus adhuc notae matris ab ubebris,  
Isque noces inter foetus mihi primulus, esto  
Victima caesa tibi, Maxime caelicolum.  
Caesa tibi, inquam, esto, peramoenum qui mihi agellum  
Excolere hunc donas, hunc et habere gregem;  
Degere queis valeam tranquillus, perque beatus,  
Donec in orbe meam siveris esse moram.  
En ictus cadit, en iacet hic moribundus ad aram,  
Nec tamen angoris signa dat ille sui:  
(Fors tibi devotus mactari gaudet alumnus!)  
Fac, Pater, oh! sceleris purus ut agnus obit,  
Sic purus condat placide sua lumina pastor,  
Quandocumque instet funeris atra dies.*

FINIS.

Latine vertit IOANNES BATTANIUS (1).

(1) Interpretationem hanc iura proprietatis tuentur.

Franciscus Crispi, vir in re Italorum publica exercitatus, Riberae, in oppido Siciliae, ortus an. MDCCXIX, natalis terrae ardorem cum fortitudine stirpis Illyricae, a qua erat prognatus, habuit natura coniunctum. Iuvenis admodum causas dicere in foro coepit, ac simul in suum regem insidias parare, ita ut post brevem illam rei publicae conversionem anni MDCCXLVIII, cuis ipse pars magna fuit, exilio multatus, Massiliam primum, deinde Augustam Taurinorum, Melitam in insulam, Parisios, Londinum denique confugerit, ubi Iosephum Mazzini consuetudine quadam sibi devinxit. Cum autem ad Villafranca opidum nota omnibus pax signata est, tecto nomine, rursus Sicilium petiit ad plebem sollicitandam, et Iosepho Garibaldi suscit expeditionem illam, quae ex hominibus mille dicta est; qua feliciter perfecta regno expulso, ad rem publicam accessit, annum ab imperio populari ad unius dominatum, duce Sabaudia gente, convertens. Inter populi oratores legibus ferendis cooptatus, ad gubernacula rei Italicae pluries sediit, immo nonnumquam eius clavum tenuit; sed munieribus orbatus est post infelicem illam militum cladem ad Aduam, quam effrenatae ac temerariae superbendi voluntati in homine insitae plerique tribuerunt. Itaque a negotiis publicis paene remotus, vitae curriculum, non uno quidem in pretio apud omnes habitum, Neapoli explevit.

Contra, Michael Coppino, homo et ipse in re Italica diu versatus, late defletus obiit, quippe qui et populi orator, et studiis praefectus, et civis privatus tranquille, modice, iureque optimo sese gesserit.

Monachii vita functus est Octo Faber du Faur, pictor insignis. Res militares et historicas referre maluit.

Itali ipsius artis magistrum excellentissimum lumen, Dominicum Morelli, Neapoli vi repentina mortis sublatum. Fuit prefecto inter artifices nostrae aetatis primores, cuius ipsa indoles et firmos animi sensus et poeticam vim redolebat. Instaurator intrepidus contra academiae, quas vocarunt, leges, in id praecipue incubuit, ut tabulis commotionem committeret suam, nihil perpendens utrum haec, qua flagrabat, ars forte in formas offendere, quas alii pictores comprehensas haberent. Itaque novae scholae princeps exstitit.

Albertus Nyssens, qui ob nimiam mentis fatigationem, in insaniam cum incidisset, violentas sibi manus attulit, publici consilii particeps apud Belgas multa in melius correxit, multa instituit ad operarios adiuvandos ac tutandos. Ipse laboris codicem compositus, primum rei specimen, quod ceterae nationes sunt secutae, ut rationes de operibus locandis describerent.

I. F.

#### DE PRIMO CHARTAE FABRO

QVIS primus chartam effinxerit saepe, recenti quoque tempore, est quaestio agitata: non inutilis plane neque inopportuna, tum etiam tempore eum de pace per universum orbem tutanda a populorum legatis agitur, vel cum ad beatitudinem cuique comparandam socialistarum fautores adlaborant. Equecum tamen? Res dupli causa animos conciliare potest, altera quod Sinensibus populis vetustissimus chartae usus tribuatur, quorum nomen hodie passim in omnium ore est, altera quod nos proprius attingat, qui in ipsa et per ipsam «panem scientiae» mortalibus certo tempore impertimur.

Ceterum quae parvi laboris inquisitio videtur, multam contra atque diuturnam operam requirit. Papyrus et membranas praetereo, pariterque tabellas plumbeas aut cera illinitas:

#### XXXVII.

*Rivulus alpini praeerupto e vertice montis  
Inter saxa citu desilit actus aqua.  
Considet ad fontem neglecta, ignotave Natis,  
Reclusam latisci quae dedit ante viam.  
Ima sed inde petit, per quae, declivis sensim,  
Molliter elabens unda retardat iter.  
Attollit frontem, ac, dum algoso respicit ore,  
Iam mihi, ait, rupes illa paterna, vale.  
Mirandisque novis is tantum deditus oris,  
Flores et fructus mille ubi luxurient.  
Vix movet incertum sinuoso tramite gressum.  
Dum tamen hic remorans otia blanda terit,  
Heu miser! incautus pergit, qua denique arenas  
Influit aequoreas, hisque sepultus obit.*

#### XXXVIII.

*Ergo tibi, upilio, dumum hunc a stirpibus imis,  
Ah miserum! saeva sternere falce luctet,  
Quod floccorum aliquid spinis avulserit hirtis  
Ex pascentum ovium tergore laniger?  
Abstineas, oro; nescisne his aptius uti,  
Provida tunc nidum quum sibi condit avis,  
Quo strata ipsa laris connexa tenacius exstant,  
Molliter ac soboles orta deinde cubet?  
Iam si avium tua damna bonos vertuntur in usus,  
Forsitan est pietas, visa rapina tibi.  
Ten' latet hic dextra omnipotens, arcana tametsi,  
Unde super vivos clam benefacta pluunt?*

#### XXXIX.

*Has per inaccessas late, vallesque profundas  
Conqueror amissam te, mihi dulcis oris;*

per istam  
a, pedem?  
e, iamque minatur  
nui?  
usta videntur,  
cilio.  
tague dente  
illecebra.  
foedere iunctus,  
tata solo?  
xplet?  
apella, meo.  
cautibus horam,

curis  
s extat agri?  
eadem,  
suo?  
s aspis  
anus;  
nibus obstans,  
a seges.  
r aristae,  
eo,  
dere messi?  
Deus!  
agellum  
ta fides.

neque id contendo, longe ante chartam e pannorum fragmentis fabrefactam chartam ex lino adhibitam fuisse: Briguet enim multis argumentis ostendit hanc quoque e pannis constare, atque nulla ex parte ab hodierna, qua utimur, distingui. Quam quidem, iuxta Karabacek doctoris sententiam, a septimo usque saeculo Arabes habuerunt, et etiam tum ipsi dicebantur e Sinis secum tulisse. Certum tamen est, saeculum post unum, cum in bello quodam Arabes ipsi Sinenses nonnullos chartae conficienda peritos captivos fecissent, Samarcanda in urbe veram officinam ad chartam fingendam constitutam esse. Chartam denique tune e lino xylo constatere non posse ex hoc arguitur, in Sinis gossypion non ante saeculum XIII innotuisse.

At si haec de primo chartae usu apud Arabes monent qui eam Iberis primum, deinde Italiae quoque communicarunt, de eius origine nullum praebent argumentum. Disputant profecto inter se auctores, Karabacek, quem supra memoravi, Persis eam adscribente, Blanquet contra Gallo Sinensibus iterum vindicante. Quinimo hic vir suis, quas recens edidit, disputationibus argute contendere voluit primum chartae fabrum Tsai-Loun quemdam saeculo p. C. II fuisse, eiusque asservari adhuc scriptam rationem, qua modum conficienda rei, ex *sic*, sive ex folliculis bombycinis explicatur. Erat enim Tsai-Loun ille subtili ingenio praeditus, multaque ipse reperit, ita ut e famulo cuiusdam armorum officinae armorum faber factus sit. Is itaque, cum aliquid recogitaret, quo melius forte quam tabellis ligneis, vel sericis fragmentis, philosophi atque poetae sua gentis uterentur, arborum ex corticibus, ex canapis fibrillis atque ex fragmentis pannorum chartam primus confecit. Tunc Yuan-Hing, Sinensis princeps, eum inter optimates, e Long-Ting titulo, adlegit, atque inter suorum aedium magistros renunciavit. Sed prospere eventus Tsai-Loun male cesserunt, qui superbus et inconditus factus Song, nobilissimam mulierem, malis calumniis petivit. Cum vero Yuan-Hing mortuo, ipsius Song nepos imperium obtinisset, Loun statim eoram se advocavit ut suas incusationes iure tueretur. Ille vero impossibilem sibi rem ratus, odorato se balneo abluit, moxque pulcherrimis vestibus indutus, venenum hausit. Sed Sinenses haud ingratis sese viro industri ostenderunt, eique immo aedicularum condidere cum eius signo, ubi quotannis sacrificia et thurificationes haberentur. In How-Nan insuper provincia diu asservatum est mortarium, quo ille primum usus est, illudque deinde, cum pretio emisset, iussit rex in museo reponi.

Ceterum multo serius Europeis charta innotuit, cumque iam Afri septentrionem incolentes eam diutius novissent. Et plane a saeculo usque X Cairo in urbe via quaedam ab *antiquis chartariis* nuncupabatur. In Mauritania autem anno MCXLV cum Fez urbem Almohadis Arabes occupassent, cives ne Karavijn templum, signis atque picturis ditissimum, a vitoribus vastarunt, artium opera omnia charta involverunt, atque deinde fletili strato cooperuerunt.

Itaque si ultimis ratiocinationibus fides habenda est, undeviginti ante nos saecula charta primum reperta est. In Europa autem officina ad Xativa est omnium antiquissima, quippe

quae ab anno usque MCLVI condita fuerit, eamque saeculo sequenti officinae ad Fabrianum sequitae sunt, ex quibus nonnisi post longos annos chartae usus manavit: adeo semper humanitatis progressus lento grado evolvuntur!

A. COSTAGGINI.

## ANNALES

Sinensis legatio a Germanorum Imperatore excepta — Bellum Transvaalianum — Americanae res — Inter Galliam et Turcarum imperium dissensio — In Bulgarensis reipublicae ministros inquisitio.

**L**Egatio a Sinis in Germaniam missa, quae necem Germanici legati, illie superiore anno patratam, expiaret, Postdam in oppido, eorum Wilhelmo Caesare, regalibus, administris, summis exercitus ducibus intromissa est. Ciung princeps, propinquitate cum Sinarum rege proxime coniunctus, qui legatione praest, litteras ipsius regis autographas exhibuit, atque viva etiam voce protestatus est regem casus qui in Sinis contra Europaeos acciderunt ex animo moerere; spem autem habere fore ut numquam renoventur, ac numquam in posterum Sinenses inter et Germanos discordium aliquod exortatur. Wilhelmus tunc, ius gentium violatum esse cum affirmasset sollemniter, vota Sinarum regis se admissurum spopondit. Ita, si placet Superis, Sinense bellum compositum est.

Utinam de Transvaaliano eadem affirmare possimus! Quod quidem in insidiarum certamen, Anglis vicissim ac Boeris victoribus, omnino conversum est. De mediatione per Germanorum Russorumque Caesares inducenda nemo ulterius loquitur: loquuntur contra inde Kitchener, summus Anglorum dux, suis tabulis, quibus ad mortem committit subditos coloniarum omnes, qui XVII kal. octobr. arma hand deposuerint; hinc Botha minitans se cum Boeris suis pluribusque millibus eorum, quos *afrikanders* nuncupant, fines iterum Anglorum ad Capitis coloniam superaturum. Quidquid fuerit, id a diariis nunciatur, Anglicum ipsius coloniae rectorem, Milner, ad septentrionem regionis esse profectum.

Civitatum Foederatarum Nordicae Americae praeses Mac-Kinley se ultiro obtulit, ut omne inter Venezuelam et Columbam odium removeatur; at simul palam denuntiavit, quod iam suspicabantur, foederatas copias Panama isthnum occupaturas, si qua belli actio per discordes illos populos illie fiat. Quod quidem monitum suum effectum sortitum esse videtur, cum utraque res publica bona sibi exhibita officia se accepturam declarasset.

Interim fama perlata est Roca, Argentinae civitatis praesidem, cum Mac-Kinley colloquium Buffalo in urbe, ubi sollemnitas americanarum artium recognitio instituta est, habiturum. Qui « pan-americanismo » obstant malo animo nuntium excepunt; plerique vero eorum qui usum tractandae rei publicae possident in re evident gratum initium ad illam quaestionem resolvendam tamdiu agitatam, ut imperii summa in Americis Americanis tantum addicatur.

Dissensio inter Galliam et Turcarum imperium dum scribimus perdurat. Utriusque nationis legati suum locum deseruerunt. Turcarum regem a Russorum Imperatore petuisse dictant, ut ad disserendum tollendum accederet; hunc autem consilium suum nondum coepisse. Profecto de re agetur cum proxime ipse Galliam inviset.

Dum publici per orbem feriantur, coetus legibus ferendis in Bulgaria *Sobranje* viri convocati sunt, ut in disputationem deducerent utrum in antiquis civitatis administris Francioff, Radoslawa, Toncer atque Tener summo iure agendum nec ne esset. Hi enim a legatis, quibus in eorum gubernium inquirere commisum fuerat, de publicis statutis violatis, de proditione, de vi accusantur. Quid autem decretrum fuerit hue usque ignoramus.

PROPOLICOLA.

P. S. — *Annibus* his proelo commissis, Mac-Kinley vita, Buffalo in urbe, a scelesto homine in disserim adducta est. Quod a periculo evaserit gratulamur ex animo.

## AENIGMATA

### I.

Scribe sinistrorum, consurget glandifera arbor.  
Dextrorum, interpres sedulus esto; iuvat.  
Si integri partes alicui miscere lubebit,  
Cum lautis domibus stant monumenta, viae.

### II.

Assolet anterior semper deposcere causas.  
Utilis atque alter, vel lutulentus, erit.  
Si caput inde mihi, lector, tu demere velles,  
Exoritur facies horrida quadrupedis.  
Denique si dira et segni cruciare podagra,  
Nec quidquam tentes; non tibi totus erit.

P. GARRONE.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus novissime editum, cui titulus:

PETRI ANGELINI  
LOLLIUS  
SIVE  
DE PROVECTA LATINITATE

Aenigmata a. IV, n. XIV proposita his respondent:

1) I-bis; 2) Terminus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Th. Vinas Sch. Piar., *Roma*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Ad. Huza, *Győvör*. — Lud. De Rubeis, *Iguvio*. — Vinc. Lakatos, *Keszthely*. — Ver. Cariolato, *Vicentia*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Sem. Theologice Neocomense — P. G. Z., *Modoetia*. — B. Vannini, *Florentia*. — Princ. Gordon, *Manciano*. — Ioan. Cantono, *Ceva* marchio, *Ronco ad Bugellam*. — M. Belli, *Portu Romatino*. — I. Szymaitis, *Opitolki*. — Georg. Maurer; Ioan. Brill, *Bonna*. — Hild. Guepin, *S. Dominico de Silos*, ad Burgos. — Ad. Skrzypkowski, *Sicinice*. — Eug. Sosio, *Bormio*. — Alb. Sesia, *Vercellis*. — Aug. Mager, *Seccovo*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Am. Robert, *Marievitte*. — Desiderius O. F. M., *St. Louis*. — Valentinus ab Aletrio, *Tusculo*. — W. Matloch, *Maia*. — M. Vidal; A. Laforteza, *Pama*. — Herm. Gini, *Tauriniis aquis*. — St. Figielksi, *Ripino*. — Collegium Sch. Piar. *Stellae*. — Petr. Garrone, *Pezzana* ad *Vercellas*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — I. Sernatinger, *Dresda*.

Sortita est praemium

BIANCA VANNINI,  
ad quam missum est opus, cui titulus:

PETRI ANGELINI  
LOLLIUS  
SIVE  
DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paonis* Phil. Cuggiani.



\* FIDES \*

(Italice Violino)

quod musicum organum

S T R A D I V A R I U S

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE

IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiariae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exerceendas et complectuntur praecipuos casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiariae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur. Acedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

LIBER (vulgo "ALBUM")

praincipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50  
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Nuperrime prodit

LOLLIUS, sive de proiecta latinitate, PETRI ANGELINI  
paginis CIX, excerptus ex Commentario *Vox Urbis*. - Venit  
lib. 1.50, apud eiusdem Commentarii administratorem,  
Romae, via Alessandrina, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LE LAUDI LATINE

E  
IL CANTICO DEL SOLE

DI  
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequuntur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.